

DISPUTATIO PHILOSOPHICA  
DE MVTATIONE  
QVALITATVM,

QVAM PRAESIDE  
HENRICO LAMPARDO SO-  
CIETATIS IESV, PHILOSO-  
phiæ Professore Ordinario,



Publicè propugnabit  
IOANNES IACOBVS BALDE, ENSIS-  
HEMIANVS ALSATA, METAPHY-  
SICÆ STUDIO SVS.

FN CELEBRI CATHOLICORVM  
Academia Ingolstadiensi

Anno M. DCXXIII. die Maij



FN GOLSTADII,  
Ex Typographeo GREGORII HÆNLIN.



REVERENDISSIMO ATQVE SE-  
RENISSIMO PRINCIPAC DOMINO,  
DOMINO  
LEOPOLDO  
ARCHIDVCI AVSTRIÆ, DVCI  
BVRGVNDIAE, STYRIAЕ, CA-  
rinthiæ, Carniolæ, VVirtenbergæ, &c.  
EPISCOPO PASSAVIensi ET AR-  
GENTORATensi COMITY HABSBVRGI,  
Tyrolis & Goritiæ Landgrauio Alsatia &c.

Domino & Principi suo Clementissimo.



VIDIVS, ILLVD SINGVLARE TERRAE SVLMONENSIS  
ingenium, fauente se Apolline jactabat, carmina mutatus ho-  
minum dicentia formis fundere. Et ego quoq; non verebor  
dicere, SERENISSIME ARCHIDVX, si modo sub Serenissimi  
Nominis tui auſpicij philosophicas hasce Positianes in lucē exi-  
re pateris, me non quidem de mutatis formis, sed de ipſa Mu-  
tatione, non de varie alteratis per qualitates corporibus, sed de ipſa Alteratione, non  
deniq; sub vani cuiusdam ac ſcītij, ſed veri & Christiani Apollini præſidio differe-  
re. Quidni ſic dicam? tanta habentus extitit SERENITATIS VESTRAE tam in  
ſeuiores Musas quā in mansuetiores munificentia, vt prorsus ea ſideris inſtar Apol-  
linei fulgens in plurimas maximasq; Prouincias plenissimum Gratiae ſue iubar ef-  
fuderit Florent complura Pieridum limina, ſed in Te vnum SERENISSIME PRIN-  
CEPS, velut in Auctorem ſui floris ornamenta referunt; ſtant ampliflma florentiſ-

simarum Academiarum culmina, verum Testantur Conditores, Tere resurgent Instrau-  
ratores, tuis munificentissime Privilegijs exornata, tuo splendore illustrata Archi-  
ducale Decus praeferunt: testantur id ipsum singuli, mirantur vniuersi. Ac licet  
Animi magnitudine, atq; immortali Gloriæ fama totum orbem impleueris; Ego  
tamen quod in te sum admiratus hoc dico; quod cum omnibus Ornamentis antecel-  
las, eundem tamen Sophicæ decertationi campum olim iniueris, vt inter summæ  
laudes tuas, etiam hanc haberes. nempe antequam Philosophiam cognosceres, hoc  
iam sapientissime decreuisti, decere vt pectus illud, quod excelsò aduersus omnem  
fortunam firmatum esset robore. Pietate austum, natiuâ conspicuum Clementia,  
Marte deniq; ac omnibus virtutibus supra pericula erectum, Arte quoque & melio-  
re Sapientia condecoratum esset. Alium itaque Patronum querere non debui,  
quam eum, quo Musas ipsas iam pridem yti sciebam: alium diligere non potui,  
quam eum, qui vt à maximis quibusque maxima iure debet, ita ex ingenitâ hu-  
manitate non dignatur à minimis clientibus accipere minima. tenue est hoc mu-  
nusculum; quod magnum erit, si Maximi Archiducis manus attigerit; nitere inci-  
piet, si ab Austriaco Sole splendorem acceperit. Volui pro singulari VESTRAE SE-  
RENNITATIS erga meos ac me fauore grati Animi vices ostendere, omnes vires in  
obsequium effusurus, si vti meorum vita in SERENITATIS VESTRAE negotijs  
libentissime iam occupatur, mihi quoque in eiusdem obsequiis sudare liceat. DE VS  
ter Opt. Max. SERENITATEM VESTRAM diu Alsatia; diu Imperio seruet inco-  
lumem. Ita voueo Ingolstadtij prid. Idibus Maij. CIO. IOC. XXIIII.

Serenitatis Vestræ

Inimus Cliens

JOANNES IACOBVS BALDE.



DISPUTATIO PHILOSOPHICA,

DE ALTERATIONE.

**D**icitur de Qualitatibus Physicis, 1. qua ad ipsarum ratio-  
nem pertineant. 2. de Mutatione illarum. 3. de Conditio-  
nibus ad eam requisitis.

C A P V T P R I M V M.

DE Q U A L I T A T I B V S  
P H Y S I C I S.

T H E S I S I.

**V**ALITAS ab Arist. in Categ. describitur, secundum quam  
quales dicimur. id est, accidentis, quod redditur ad questio-  
nem, Quale est, factam de prima substantia: sumendum  
verò vocabulum. Dicimur fundamentaliter, & significabi-  
tur idem hac descriptione, quod aliis aliorum, illâ Lorini in cit. cap. de  
Qual. not. 2. Qualitas est accidente, quod intrinsecè & simpliciter determinat substantiam. qua ratione concepit illam etiam Greg. de Valent. T.2.  
d.4.q.1. p.1. cùm ait, Ratio Qualitatis propriè consistit in quodam modo, &  
determinatione accidentis substantiae; quem modum solemus exprimere, cum simpli-  
citer rem denominamus talen vel talem accidentaliter, hoc est, cognitis iam ante his  
predicatis, quæ ad præcipuam rei determinationem, atq; adeo ad essentiale pertinent. Nec male videmur eam ita posse concipere, est accidentis realiter per-  
ficiens primam substantiam, secundum esse, vel posse, vel operari.

II. Non sibi satisfecit Arist. in Qualitatibus generibus enumera-  
randis; hinc ait, Fortassis autem & quidam alius Qualitatis modus esse videbitur;  
sed huius, qui maximè in vsu versantur: nimirum. Habitus ac Dispositio,  
Potentia naturalis & Impotentia, Patibilis Qualitas & Passio, Forma  
& Figura. Quamuis ergo facile defendi possit, ac meritò debeat hæc

partitio, tamen aliam quandam afferit Lorin. cit. & ex ultima descriptione nostra, memorie & explicationis gratia, talis iniri potest ratio. Substantia singularis Qualitate perficitur quoad Esse, posse, Operari: si quoad Esse, tum quoad Esse extesum, per Figuram; vel quoad aliud Esse, quo bene vel male se habeat, per sanitatem, Gratiam, &c. si quoad Posse, tum vel quoad posse simpliciter, per naturalem potentiam; vel tantum quoad melius aut expeditius posse, per Habitum: si quoad Operari, siue vt effectus operationis alicuius in substantia, tum est dispositio, per quam res ad aliquam formam preparatur, & mouetur, vel mota cognoscitur, eaq; vel materialis & sensibilis, vt calor, frigus, sonus, &c. vel intentionalis & insensibilis, vt species coloris, actus vitales; nam vt per calorem disponitur subiectum ad ignem realiter, ita per species & actus, ad habendum aliquid intentionaliter & in similitudine.

III. Est autem in dispositionibus materialibus magna varietas: nam alię per se primò conueniunt simplicibus corporibus, vt calor, lux, alia permixtis; vt sapor, odor. Item aliquae illarum sunt productiæ similiūm, & instrumenta generandi, vt lux, calor, frigus; alia nō producent sibi similes, vt sonus, color, leuitas. Aliquæ tunc sum sunt omniō reales & strictè realiter ab aliis, etiam ex quib. oriuntur, differunt, quatenus tantum alium quendam formalem effectum secundarium, ac denominationem Quale sit, subiecto tribuunt; vel nihil sunt aliud, quam complexio ariarum qualitatum permistarum secundum certain proportionem, vt secundum aliquos, color, & forsitan etiam maturitas, Liquabilitas, Flexibilitas, & similes. Deniq; vt aliis copiarionibus in præsencia supersedeamus, quædam Dispositionum primæ dicuntur, quædam secundæ: Primæ non simpliciter, sed in certo genere, illarum quas Tactu percipimus, è quibus omnes aliæ Tangibiles qualitates oriuntur, & propterea secundæ vocantur. Primæ etiā Actiuas nominamus, propterèa quod sibi similes efficiant in subiectis aliis: de quibus potissima nobis hic futura disputatio; quamvis ea, quæ de illis dicentur, nullo negotio possint etiā reliquis qualitatibus accommodari.

IV. Quærendus igitur earum numerus, Definitio, Munus. Numerus est quaternarius, Calor, Frigus, Humiditas, & Siccitas, omnes positivæ ac reales: vt habet communis Philosophorum cum Arist. &

Medi-

Medicorum cùm Galeno doctrina. Et mirum est, in mentem venire, potuisse Cardano, subtilitatum inuestigatori, tam crassum errorē, vt frigus putaret esse meram priuationem caloris, & siccitatem humiditatis: hoc enim & auctoritati, & sensui, & rationi, totiq; scopo Naturæ contrarium: tanguntur omnes hæ qualitates, agunt omnes, & omnes mixtione deseruiunt. Neq; contrarium docuit Arist. 2. *Cal. t. 8. & alibi*, cum frigus priuationē nominat, sed quod more suo ex altissimo sensu, inter quævis duo cōtraria, imperfectius priuationem vocet oppositi perfectioris, & quod omne contrarium secum adferat oppositi priuationem. In febri tertiana, in cadauere, in terra, noctu, frigus non fit à solo caloris abscessu, sed etiā à causa frigefaciēte, quæ vel est nativa constitutio, vel etiam aduentitia, vt vapores, humores frigidū.

V. Naturam istarum Qualitatū, cum earum officio describemus: nam per effectus definitæ sunt apud Arist. 2. *de gener. t. 8. Calidum enim est, quod congregat ea, quæ sunt eiusdem generis*. Frigidum autem quod coniungit & congregat similiūm, & ea quæ eiusdem generis, & ea quæ non eiusdem. Humidum autem, quod interminabile proprio termino, facile terminabile alieno. Siccum autem facile terminabile proprio termino, difficulter autem alieno. Quæ descriptiones intelligentur, si notes i. Actiones harum qualitatum has quidem Vniuocas esse, vt cum calor facit calorem; illas autē æquiuocas, vt cum fit à calore putredo, cōcoctio, &c. priores exerceant vbiq; postiores in mixtione cernuntur. Et licet omnes actiua sint, tamē respectu æquiuocarum actionum Calor & Frigus tantum actiua dicuntur, Humiditas & Siccitas passiuæ, quia reddunt materiam obedientem & idoneam actioni Caloris & Frigoris, quæ in mixtione se habent vt artifex.

VI. Nam dum calor, cum calore natuam eius comitem inducit in subiectum, raritatem & leuitatem, partes antea constrictæ soluuntur, vt suum quæq; locum petat, grauiores inferum, alia superum; & hac ratione congregantur homogenea, id est, vt hinc nomen istud usurpatnr, ea quæ mouēti virtutem habent eandem seu naturalem, siue aduentitiā. Pari modo frigus congregat res heterogeneas, diuersæ qualitatis motiæ, dum inducit cum frigore densitatem, qua constipatae partes impediuntur, ne in suum quæq; locum euadat liberè; constringuntur itaq; paleæ, ligna, lapilli, aqua. Ergo secundariò tantum hos effectus æquiuocos habet Calor & Frigus, per quos describuntur, notiores tamē fere ac priores in mixtione, quam alios, vt concoctionem,

Exic-

Exiccationem & similes. Deinde notes Humida sic facile terminari alieno tempore, ut ponte sua influant, in alienos terminos, & omnes figuræ angulos impleant: quare tametsi lana, ceraq; consistens facile formari se sinant, non tamen sponte affluunt ad alienam figuram, sicut humida, quæ propterea naturæ seruiunt ad omnia vacua impléda. Sicca verò contraria consistentia habent, nec facile diffluunt ab ea figura, quam semel acceperunt, vel à natura sua postulant.

VII. Ad melius cognoscendam harum Qualitatum naturam, iuuabit ea referre, quæ in mixtione elementorum ab unaquaq; illarū præstari scribit accuratè Paul. Pernumia l.2. de gener. elem. c.3. Subiecta formarum in rebus mixris certam requirunt figuram, pro suatum operationum exercitio: figura verò non fit nisi per certarum linearum ductum, quod minus ab humiditate præstat; hac eniū continuatur siccum, quod ex se nunquā lineam aut quidquam continuū constitueret: est autem humidum facile diuisibile, quare tametsi continuet sicca, & massam constituat, facile tamen admittit variarum linearum descriptionē, vt cuilibet corpori ad suam figuram deseruiat. Ceterum hæ linea non solum describi & imprimi debuere, sed etiam retineri, ideoq; cum in humido aërio describantur, & imprimentur in aquo, per siccitatem acquirunt consistentiam, vt impressæ maneat neq; aboleantur facile: fere vt olim pictor figuras vmbraitilium linearum descriptione rudiore designat, ac mox adhibitis coloribus easdē exprimit ac perficit. Nam quod humidum aërium pari facilitate recipit ac dimittit, propter summam raritatem, hoc expressius fit in aquo; & firmatur sicco admisto.

VIII. Debuerunt etiam partes quedam erigi ad superiora, quod sine levitate, subtilitate & raritate fieri nō potuit, has igitur adiunxit humido aërio natura comites, vt in mixtis, vbi dominatur aér, est manifestum; hæc enim omnia levia, rara, penetrabilia seu subtilia, mergi nō possunt. Quibusdam erectione, subtilitate & levitate maiore fuit opus, quare calidum igneum hæc omnia præstat efficaciūs: vnde & franguntur, neq; ita lenta & flexibilia sunt huiusmodi mixta, sicut ea quib. aér dominatur, vt oleū, & agaricū, spongia, colocynthis, quæ difficillimè cōteruntur: secūs piper, cinnamomum, quæ subtiliora calor facit, ad uredo partem terream. Quod ne vbiq; fiat, aqueū frigus impedit; oppositū est enim excellētia caliditatis; veluti terrenū frigus cōspicundis massis corporū iam probè mixtorū est institutū.

IX. Possunt hæc in viuentium formatione monstrari. Constat enim corpus partib. organicis, mira varietate figurarū constructis & hæc similaribus: harum quælibet rursus, vt Physici describunt, substantia quadam triplici; solida, carnosa, spirituosa. Solida quasi stamen & firmamentum est, in quo nitantur aliae duæ, terrestri simul & aquæ portione consistens. Carnosa, quæ inter fila quadam ac fibras intercedit solidamenti, quasi rimas expletura, & Moles partiū dicitur. Spirituosa deniq; infusa prioribus, alimentum simul est earum & fomentū propter spiritum vitale, qui natat in ea, veluti flama in oleo, ipsamq; calefacit. Dicas corpus telam è filis contextā, cuius foraminula partim inferiat moles, parvum spiritus permeat. Atque hac ratione ab initio statim in utero, vagi negotiosiq; spiritus vitales, materiā corpusculi futuri, concalentes distendebant, eamq; non sanè temerè perflando, omniū in ea partiū lineas describebant; ac postea constanter incubentes operi, paulatim perficiebāt partes, hīc neruulos venulasq; minutissimas ducendo, illic alias partes efformando, vsq; dum corpus ita, vt est, absolutū dederint: nimirum telam vestiendæ animæ, quam subtilem, tam scissilem. Vbi nemini non manifestum, quid humiditas & siccitas, quid item calor & frigus conferant: licet non ex primis elementis hæc fabrica confurgat; sed hinc in mixtione pura quid fiat, agnoscere propensum est.

X. Atq; vt melius appareat, quam non pares aliquando istarum Qualitatum excellentiæ, naturæq; conceptus habeamus, vberius earū in mixtura munus explicabimus. Pernum. l. cit. c.5. Mixtorū Qualitates quadruplices facit, quarum prima sequantur clementaris materiæ mixturam, secundæ formarū, tertiae primarū qualitatum, quartæ perspicui & opaci, ac singulas exequitur: vbi doctè per multa dicit, velut vniuersim Italici scriptores in his physicis excellunt. Primi generis qualitates facit Cremabilitatē, Flexibilitatē, Ductibilitatē, &c. Secundi, Sympathias, Antipathias, calorem virtualē, &c. Tertij Temperamentum, Sapore, Odores: Quarti deniq; colores. Nos de his ultimis hīc nihil; sed de prioritū origine sic philosophabimur, vt primas quidē concedamus à materiarum elementariū permixtione prouenire, sed per qualitates actiwas tamen: secundas aut nō ex permixtione formarum elementariū, quas Pernumia refractas in mixtis manere putat; sed à formis mistorum; quia tamē hæc magis minusq; ad elementa diversa accedunt, id quod ex actiuarum qualitatū in temperatura con-

spicuum est, ideo fortè nō malè istas etiam secundas qualitates, mixtis per actiuas conuenire dicemus; si non vt effectus proprii dictos, saltem vt effectus emanationis, aut naturaliter connexos: Nam vt calorem sequitur naturaliter ( sine alio conatu vel actione, quam sit calefactio ) leuitas, raritas, &c. ita videntur, complexionē omnium quatuor, per naturalem sequelā comitari calor virtualis, cōfensus, diffusus, &c. & aliae qualitates occultae sive innominatae. Nisi quis malit, has non plus adiicere qualitatib. actiuis realitatis, quam Tēperamentum adiiciat iisdem, & sanitas humoribus corporis; propterea quod earū effectus non sint eiusmodi, qui non simul omnibus, in certa temperie, substanciali formā seruientibus, ( tametsi non singulis per se ) possint adscribi: quē nos delirē vaticinari minimē dixerimus. De sapori & odorū ratione, & aliorū consuetudine, nos alibi, nunc sigillatim aliqua de qualitatib. sequentibus materiarum coniunctionem.

XI. In mixtione materias elementorum, actione mutua per qualitates actiuas, commixui, rursumq; sic inter se continuari omnes in massam vnam, vt aliquibus tamen locis tantum aliquæ sint iuxta se posita, ideoq; foureas, poros & foramina quædam permodica relinquant, apud omnes certum est experientia multiplici confirmante. Hac autem in porositate, velut etiam in materiarum coniunctione & compositione, per magnā est varietas: nam pori quidam sunt recti, quidam obliqui, transuersi quidam, & his alijs permixti: rursus alijs permeant substantiam totius masse, ab vna superficie ad aliam; alijs cum ad solidiorem aliquam partē peruerterint, ibi desinunt: sunt etiam quidam ordine incedentes, alijs sine ordine, temerarij: sunt angusti, potentiores, duri, molles. Ex his meatuum & cauitatum differentijs oriri qualitates permultas ait auctor citatus, nos & has & illas ex actuarum qualitatun vario concursu & occursu nasci dicimus.

XII. Nam i. quando qualitates actiuæ reliquerunt amplos, ac per totum corpus penetrantes poros, tum illud est liquabile; calore quidem, si frigore constrictum teneatur; humore calido, si frigiditate sicca concreuerit; tunc enim accipit intra se corpus calidum, aut humidum, & intime affectum illo dissoluitur. vt plumbum, sal. addendum tamen, ne pori sint nimis duri, tunc enim illorum profunditas & amplitudo, rem facit Humeūilem seu Madefactibilem, vt habet S. Th. 4. meteor. l. non tamen Liquabilem seu Fusibilem; & hoc ea ratione, quod pori praduri non sinant penitissimē rem à liquefa-

ctuo

ctuo affici: propterea verò pori sunt eiusmodi, quod optima permissione constipata sint omnia, & vel sicci, vel frigidi interni plurimum in substantia mixti contineatur. 2. Cum pori sunt in longum extensi, seu recta siue transuersi, corpus est Ruptile in duas partes, vt lignum: cum breues & non continuè succedentes, Fragile, vt vitrum: sunt tamen qua & rumpi queant & frangi, propterea quod generis vtriusq; porositate constent. cum autem pori sunt in longum extensi, & recta, corpus est Scissile seu Fissile. i. si proponas rem dividere ad duos pedes, ipsa per acceptam plagam diuiditar vterius.

XIII. Præterea 3. quando corpus est viscidum & aërium plurimo terreo permixtum, vt multos habeat poros, tunc est, Dilatabile, & Ductile, in quamcunq; figuram: pinguedo viscida quidem & aëria est, as multum aëris ac terræ continet, neutrū tamen eorū formabile, quia nō ita permixtum est humidū aërium sicco terreo, vt poros tam multos reliquerit, quam necessarij sunt ad formationem, & compressionem formationi coniunctam. I.V. cum est multum sicci, & parum aëriæ humiditatis, adeoq; multi pori, per exhalationem aëris relicti, corpus est Friabile siue Conteribile: ideoq; scoria, spongia, non pori sunt friari, vel cōteri nisi per combustionē exhalet humidum aërium, ac poros multos faciat: aërius enim humor viscosus ac tenax est, & contritioni maxime resistit. V. cum ita copiosus est humor, vt multos amplosq; poros res habeat, per quos ingressus calid⁹ humor alienus euocet internū, est Elixabilis; vnde nec ossa, nec lapides elixantur.

XIV. Concretile fit corpus, cum VI. vel humor omnis fere educi potest ex illo, vt è lateribus, vel calor exprimi, vt ex aqua: quædam vtrāq; simul aëtione concrescit, quam Arist. in 4. meteor. l. 6. vocat refrigerationē: atq; ista vix, ac ne vix quidē resolui possunt. VII. cum aërius humor plurimus plurimo permiscetur aqueo, corpus est Flexile: nā in aqua talia supernatant, in igne largiter sudant; vtroq; igitur humido abundant: quod vbi euaporauerit, è flexilibus sunt ruptilia, vel fragilia. VIII. cum flexilitati accedit magna raritas, fit corpus Cōpressile; vt lana, spongia. IX. quod habet multum aëris & humoris, cum aquæ plurima substantia frigore concreta, Cessile est; ita plumbum ab iētu mallei foueam accipit. X. quod excellit aërio vel aqueo humore, Vaporabile est; id est, vaporē calidū & humidū potest emittere. X. quod autem sicco terreo præcellit, poris etiam non paucis & humido, quod igniri possit, accepto intra se calore, Cremabile est, ac

sine flamma in cinerem verti potest; hic propter meatuum & humoris inopiam aliquanullo, vel maximo tantum igne cremantur. XII. quod multo constat humore aërio, paucog; sicco terreo, potest Inflammari, non cremari. vt oleū, pinguedo, & vniuersim omnia ac sola, quæ constant humore quodam oleoso. ac deniq; XIII, quod siccum terreum sic admixtum habet humori, vt à caloris aërij vel ignei præsentia possit attenuari, suffumigabile est, siue halitum odoriferū potest edere. Has nos Qualitates oēs putamus ita natas ex actiuis quatuor, & earum sociis, raritate, dēsitate, leuitate, grauitate, & si quæ sunt alia, vt nihil reale superaddant illis ita contemperatis; quod ex dictis potest intelligi: eademq; ferme erit ratio ceterarum, quas *cit. 4. meteor. c. 8.* & 9. declarat philosophus & cum eo S. Th. ib.

XV. Sunt autem hæc fere, Impressile, Tractile, Secabile, Tenax, Cōmassabile, Maturabile, Teneue, Lene, Solidum, Assabile, Emollibile; cuius postremi solius conditiones afferemus ex Arist. c. 8. prima est, vt q̄ emolliendum est, non sit aqua vel nimis aqueū; vnde glacies non mollescit. 2. vt in concretione non totum humidum evaporauerit; vnde sal non emollitur, sed liquefcit. 3. vt siccum non sit inæquabiliter distributum, neue pori angustiores, quām vt per eos humidum aqueum diffundi possit. 4. vt ne trahi possit in longum aut latus: nam ista viscosa sunt, quæ tangenti non cedunt intra se indiuisa, sed extra se panduntur. 5. vt ne sit humectabile humido alieno & externo sicut lana, quæ molliri non potest; quia molle debet habere humidum proprium & æquabile, cuius fluore possit indiuisum inter se concedere; quod autem humecatur, poros duros & amplos habet, quib. humorem alienum accipiat. 6. vt non sit malleo ductile, quia talia plus habent aqueæ qualitatis, quām terreæ; addit S. Th. ib. l. II. nisi difficulter admodum duci queat, vt ferrum, aurum; tūc enim poterit emolliari ab igni, seu calore sicco.

## CAPUT III.

## DE ALTERATIONE.

XVI. Alteratio variè sumitur ab Arist. diuersis locis 1. p mutatione quavis accidentalis; 2. pro mutatione qualitatum tantum; 3. pro sensibiliū tantum qualitatum; & hæc est aliquando perfectiua, qua sic oritur vna qualitas, vt alia per eā nulla pereat; aliquando corrupti-

ua, qua producitur qualitas è subiecto expellens aliam; utpote contraria. Nobis hic de corruptiua sermo potissimum, cūm Arist. 1. degener: 23. quæ fit inter Qualitates contrarias, & ad mutationem substantie tendit: hæc namq; sīc vocatur Alteratio Physica, & est ferè motus propriè dictus: ac definitur ex eod. t. *Mutatio secundum contrariam qualitatem, extremam aut medium, remanente subiecto sensibili eodem.* quibus verbis indicatur Genus, quod est Mutatio; ac differentia, quæ sumitur ex Terminis, & Subiecto: Termini proximi sunt qualitates contrariae, cum vel ab uno extremo transitur ad alterum, vel à medio ad extreum, aut vice versa; quia tamen medium tunc se habet instar oppositi extreui, propterea prætermitti poterat in defin. vox particula *Extremā aut Mediā*, nisi claritatis causâ foret apposita: & intelligendæ Qualitates actiuae quatuor, *4. meteor. 2.* si de Physica tantum alteratione fit sermo. Subiectum est sensibile & idē sub utroq; mutationis termino, scilicet cōpleta substantia; nam ea per alterationem præcisè quia talem, in se non variatur.

XVII. Sed an istæ qualitates necessario producuntur motu successivo? & an continuo? Possunt secundum se produci simul; nam initio statim caloris multum simul produci consuevit, & in eadem, & in diuersis partibus pafsi: ergo nec ei, qui postea subinducitur, simul produci per se repugnabat, cum sit eiusdem naturæ, cuius prior. Quod autem nō simul totus calor producatur, ex limitata virtute agendi prouenire putamus, qua non potest simul vt primū passo applicatur, omnem cius capacitatē explere, sed paulatim progredi debet ab imperfectioribus ad perfectiora: & quia tota rerum natura motui subiecta, & quia non quicquid momento turbari debuerunt omnia. Cui naturæ legi seruande constituta est resistentia contrarij, & applicationis conditio, & si quæ sunt alia huiusmodi. Quare non audiendus Aquilon. 5. opt. pr. 4. causam successionis in calefactione, referens in adiunctam rarefactionem, quæ sine motu locali non peragitur: nam contrà; calor non supponit raritatem, sed asportat; neq; semper parem, vt in ferri calefactione conspicuum. Minus autem Bonamico fidendum; quī l. 2. *demonstrat* c. 33. dicit ante primum caloris gradum, dispositiones quasdam produci successiue, quæ non simpliciter dictæ qualitatis nomen mereantur, propterea quod nondum sentiri possint: sed tum primum, quando in momento compleuntur, vt primus caloris gradus existat; à quo postea pari modo procedatur ad secundum, etiam in momento, quo dispositiones eius complebuntur, exiturum. Eadem ratione substantiales

tiales quasdam dispositiones in materia produci putat, quæ formæ substantialis nomen haud mereantur, donec ultimum in instanti complementum acceperint; propterea quod Arist. ubiq; generationem successivam faciat, ac materia quasdam potentia suæ gradus habeat, per quos paulatim ad formam ascendet. sed nihil opus tam longis ( ut aiunt) tibijs canere: omnis dispositio materia est qualitas; hæc absolutâ momēto existit forma: ut aliás explicauimus.

XVIII. Continuam esse non posse alterationem, Sonc. Capr. Ferr. & alij non pauci existimant, propterea quod qualitates constet minimis particulis, quibus minus nihil simul produci queat; ergo si hæc singulæ rotæ simul orientur, & una post alteram, necessaria videtur brevissimi saltem temporis interruptio. Sed Arist. istis repugnat s. phys. t. 9. & 18. & alibi monstrauimus minimas particulas etiam in tempore, similiter minimo, posse produci continuo, etiam si forent ratione quidem diuisibiles: nam etiam decem spiritus continuo creari posse, vel singulos in singulis partibus minimis temporis, continuo succedentibus; vel alternatim hos in memento, illos in tempore minimo physicè, quoad sensum aut imaginationem, probabilis est opinio: itemq; res permanentes secundum se vel, intrinsecè vel extrinsecè ( prout Recent. his verbis vtuntur) posse incipere ac definere, non pauci probabiliter antehac defederunt.

XIX. Intensio definiri solet, *Mutatio*, per quam eadem qualitas perficitur, in eadem parte subiecti: differt ab alteratione, quod ea per se non tendat ab eadem qualitate in eandem, ab imperfectiore in perfectiorem; & simul innuitur alias à qualitate formas intendi verè non posse, quia non perfici; neq; perfectius dare subiecto suam perfectionem formalem possunt, cum in ea nullam latitudinem habeant: nam si lignum est, tum ita est lignum, ut non possit esse magis lignum, aut perfectiore modo, nisi aliā essentialiter perfectiorem formam acquirat. Qualitatum est ea natura, ut latitudinem habeant suæ perfectionis, quam eidem parti subiecti magis minusue impertiant: quod quānam ratione fiat, vltiū considerandum est.

XX. Communis hodie doctrina est, qualitates perfici per additionem partis ad partem in eodem subiecto. Sed hanc positionem nō possum intelligere, ait S. Th. in 1. d. 17. a. 2. & postea, *Ista positio prouenit ex falsa imaginatione, quia augmentum Charitatis ( de qua ibid agitur) imaginati sunt ad quantum augmenti corporalis, in quo sit additio quantitatis ad quantitatem.* Et ideo diso-

quod

quod quando Charitas augetur, nihil ibi additur; sicut philosophus etiam dicit in 4. phys. t. 85. quod aliquid efficitur magis calidum, vel magis calidum, non per additionem albedinis vel caloris, sed quia illa qualitas, quæ prius inerat, intenditur secundum propinquitatem ad terminum. quod qua ratione fiat, exponit; Qualitates autem simplices ( ad discrimen earum secundarum, quas non simplices, sed primarum complexione esse diximus) intenduntur ex causis suis, scil. ex agente & recipiente. Agens enim intendit reducere patientem de potentia in actum suæ similitudinis. Itaque efficitur magis calidum per actionem calidi, in quantum educitur eatorum, qui inerat ut actus imperfectus, in maiorem perfectionem, & assimilationem agentis. Et hoc quidem contingit, secundum quod potentia subiecta actu, quæ quidem quantum in se est, ad multa se habet, magis ac magis terminatur actu illo. Vel quia augetur virtus agentis, sicut ex coniunctione plurium luminarium intenditur illuminatio: Vel ex parte ipsius materiae, secundum quod efficitur susceptibilior illius actus; sicut aer quanto plus attenuatur, tanto susceptibilior fit luminis.

XXI. Hæc è fusiū retulimus, ut ostenderemus & quid hac in re S. Th. verè senserit, cum à paucis intellectus videatur; & quid in hac opinione probabilitatis esset; propter auctoritatem tanti viri, si non tenenda, saltem non abiicienda sine consideratione. Dicit ergo, ut vidi mus; 1. nihil addi praexistenti Qualitati per intentionem. 2. sed eam de potentia reduci ad actu perfectiorem: non quod aliam acquirat existentiam, vel inhesionem, vel unionem, aut quod augatur uno per additionem aliquam, ut nonnulli voluerent. Sed quod eadem in re simplex qualitas, virtuales gradus perfectionis habeat, quos non semper omnes exercere possit ac ostendere; sed quillateant quodammodo sine vigore & actu secundo; donec noua intentionis actio, nouus agentis conatus accedit. fere ut in pipere calor virtualis indiget excitatione, per masticationem & humectationem facienda; & ut alibi nos diximus qualitates motrices non ab initio mouere summam celeritatem, sicuti neque clarissime statim initio rem aliquam intellectu vel sensu cognoscimus, sed tantum ubi morati nonnihil fuerimus in actione.

XXII. Accedit autem 3. conatus ille nouus, & intentionis actio, quando vel reipsa fuit aucta vis agentis, vel subiectum alia qualitate accedente, factum instructius ad effectum formalem perfectiorem, qualitatis in se praexistentis, & veluti semifospita. 4. cernitur autem effectus ille formalis maior tum in eo, quod qualitas fiat sensibilior, tum in eo quod actiuor, ac proinde firmior in subiecto; cum aduersario magis iam possit resistere, & efficacius agere, &c. adeo ut qualitas initio quidem

quidem tota fuerit unita subiecto, sed non totaliter; tota quoad rem, non totaliter, quoad virtutem; quia non omnes terminos suæ perfectionis explebat, quare Intensio dicitur perficere illam quoad accessum ad terminum; ib. nec fatis actuabat vel determinabat potentiam subiecti, qua se habet ad multa, & est quodammodo confusa, ut ib. dicitur ad 3. ex S. Dionysio, qui 3. cel. hier. dicit Angelos intellectu purgari, prout removetur à confusione dissimilitudinis, ab Angelis perfectius rem aliquam intelligentibus. 5. Pendet igitur intensua perfectio qualitatis ab efficaciore conatu agentis; qui fit, cum agens augetur accessu causa adiuuantis, vel melius applicatur, vel diutius, &c. aut etiam à passi dispositione; nam tunc sine novo conatu agentis, per seipsum qualitas incipit suas vires exerere. 6. Denique actio intensua pro termino habet qualitatem, non producendam de novo, sed perficiendam; id est, excitandam, firmius vniendam, radicandam, confortandam, & quodammodo replicandam; nam post eam qualitas eadem perinde se gerit, ac si vna sèpius adesset, vel in se multiplicata foret. Nam non omni actione physica entitatem aliquam de novo produci, dictum est aliàs; cum præter producendum, alia sit unitina; quò reuocari potest Intensio.

XXIII. Neq; defunt, præter cit. t. Aristotelis, rationes huic sententiæ. Nam per quid realiter adiecti gradus à prioribus differunt? sanè maius individuali, discrimen videtur inesse intensis & remissis: & quomodo differunt? ita ut *æqualis*, an *inæqualis* virtutem sint perfectionis? nec à Suarez inuenta primùm est subordinatio graduum, ut arbitrantur aliqui, sed auctoritate veterum & rationibus haud leuis niti videtur; quis enim expelletur, aut inducetur ante alium? à Deo determinatione petere, parùm philosophicum; à natura, parùm tutum aut solidum: sed neque realiter subordinatos esse, complura demonstrant: ergo ratione sola differre dicantur, & subordinari formaliter, non secundum entitatem magis minùsq; perfectas: & cur simul intensi non possunt esse, possunt autem remissi, si differunt realiter? nam ut intensus intenso repugnat, sic & remissus remisso, cum sint eiusdem naturæ. at si virtualiter solum, facilis est ratio; formales effectus habent oppositos, ac ad substantiales formas diuersas disponunt. Quæ rationes si reluctantem non conuincunt, ipsa tamen sententia pro S. Thomæ honore à nobis exposta sit, ut appareat eam esse talem, quæ possit intelligi; sed nunc receptionem explicemus ac tueamur.

XXIV. Dicamus ergo qualitatum primarum (nam de sono, ac tibus habi-

**habitibus alia** forsitan est ratio ) de quibus iam præcipue disputamus, intentionem fieri per accessionem noui gradus, ad priorem, in eadem parte subiecti. pro qua re, prætermisso aliis argumentis, hoc palmarium videtur, quod non facilè possit intelligi, quomodo qualitas eadem in re modo perfectior sit, modo imperfectior; & quisnam sit effectus actionis Intensiva. Sed an prior posteriori est homogeneus & equalis perfectione, an heterogeneus & subordinatus? Placet non esse ita inæquales, ut subordinentur; quam plurimas ob causas: quomodo enim possunt vnius totius partes integrales, ex individuali ratione sua inæquales & subordinatae, inter se vniuersitate formæ diuersæ rationis inter se continuari non possunt; at individualis perfectio individuali quo tali, est essentialis. nec apparet ratio, cur priores trahant, superuenientibus perfectioribus, quæ hoc ipso continent tantum perfectionis, quantum inferiores partes, & aliquid amplius. Mitto quæ de infinitis partibus proportionalibus qualitatum, quæ de individualibus, de legibus actionis & passionis, de Theologia non facillima contra aduersarios possunt adderri. videatur Salas in 2. 2. tr. 15. d. 5. f. 5. Satis autem intelligitur, quomodo gradus æquales inter se coniuncti, se mutuo perficiant ac roborent; & quis eorum ante alios expelli vel induci debeat, ex individuali determinatiōne cuiusvis agentis, ad effectus hic & nunc, hos, non illos producendos: ut alias à nobis dictum est.

XXV. Ex his etiam constat, quomodo se Intensio ad Alterationem latè stricte sumtam habeat; ad illam ut species subiecta; ad hanc ut species opposita. similiter, quid sit Remissio; *Transitus* nimirum à qualitate perfectiore ad imperfectiorem. estq; actio quædam destructiva. vtramq; tam Intensionem, quam Remissionem suos habere fines, quos nequit agens naturale transire, mar. 5. 39. Et; cum omnis alteratio tendat in formâ substantialem: hæc autem semper determinatas dispositiones à natura sua postulet. Sitamen secundum se spectentur Qualitates, nihil est, cur fine termino intendi non possint, supposita communi hac, de intensione per additionem gradus ad gradum, sententia: Non tamen quilibet remissa qualitate, fieri potest remissior: cum secundum nos omne totum integrum constet minimis partibus, ultra realiter non secabili- bus. Dixi, secundum se: nam quia in subiecto non est infinita capacitas intensonis, ideo hac ratione fieri non potest infinita intensio: capax est enim subiectum eius tantum qualitatis, quæ ad quancunque formam

substantialem disponat; omnes autem istae ac singulae, etiam possibilium, sicuti determinatum habent essendi gradum, ita etiam subiecti pro se disponendi.

## CAPUT TERTIVM.

DE CONDITIONIBVS  
ALTERATIONIS.

XXVI. Tres communi lege Naturae conditiones requiruntur ad actionem physicam, siue alterationem: Agentis & Passi diuersitas, contactus, dissimilitudo: de singulis ordine dicendum. Diuersitas realis est inter Agens & Passum; quia idem respectu eiusdem, non est in actu simul, & in potentia. Sed quod agit, est actu tale, quale facere laborat alterum; & hoc, quod patitur, in potentia solum tale: nam alias moueri non posset. vt ex 1. de gener. t. 77. didicimus, & alias monstrauimus, nihil accipere de notio posse id ipsum, quod iam habet, quia non potest carere illo esse quod habet, ergo neque transferri ad illud: est autem intentio agentis, assimilare sibi passum, dando illi Esse, suo simile; quod si passum haberet, agens actum ageret, adeoque nihil ageret. Scotus tamen in 2. d. 2. q. 10. ait posse rem aliquid habere in actu primo seu virtuali, quod in actu secundo seu formaliter non habeat: ideoque calefactam aquam a seipsa (velut instrumento saltem generantis) refrigerari; visum in seipso visionem elicere; intellectum intellectionem. Verum quia principium Arist. est verissimum, & usurpatum illi ad inuestigandum verum verum Deum, non debet a Christianis philosophis conuelli, sed roborari & explicari.

XXVII. Dicimus ergo simpliciter illud verum esse, nec euerti per aqua refrigerationem: hanc enim virtute prima generationis euenire cum S. Th. diximus alia Disp. ideoque a generante; a forma vero aqua ipsius emanare tantum, quae non est actio, sed naturalis tantum sequela & comitatus formae: tunc enim & in tantum, forma substantialis aliquid per emanationem causat, in quantum postulat illud secum habere, adeoque sibi dare ab eo, a quo ipsem accepit suum esse; deberique generans dare Esse perfectum genito. Quod ad immanentes effectus attinet, nihil difficultatis habet; nec enim potentia vitalis producit aliam potentiam, sed actum; eumque forte non in seipsa, sed in subiecto, visus in orga-

organo, intellectus in anima. Nec refert, quod actio illa tribuatur non tam potentiae, quam Animali: nam hoc ad modum concipiendi pertinet; quanquam & potentiae tribui rectissime soleat, praesertim cum animam per seipsum, ut & alias formas substantiales, immediate nihil efficere, demonstrauerimus Disp. cit. de causa Effic. cum S. Thoma: dicimus igitur *Intellexus intelligit, sensus percipit, &c.* & quia in his locutionibus potentia fit subiectum, & basis enuntiationis ac praedicationis, necessario concipitur per modum absoluti, per se consistentis, ac suppositi Logici: vt etiam hic tribuatur actio supposito.

XXVIII. Sed quid de reflexione qualitatum dicemus, siue de simpliciter & simpliciter dicta, vt cum laminâ ferreâ calorem coqui colligunt; siue de illa qua per antiperistasis, & obsidionem contrarij, vt cum puteus calescit in hyeme? Primam negant aliqui, sed in culinam hos allegaueris. Dicimus igitur nullam in ea cerni actionem eiusdem in seipsum: sed agentis, quod intentione compenset ea, qua demit obstaculum actionis extensioni: Fit autem hoc secundum legem actionis uniformiter difformis, vt quanto magis receditur ab obstaculo, versus agens, tanto debilior sit compensatio: quod imaginari facilè poteris, si vt virga quo longior, eo tenuior reflexa conduplicatur, ita qualitatem tingas (nam re ipsa est unica) geminam, directæ actionis virtute productam viam, reflexiæ compensationis alteram; prior ab agente versus obstaculum decrescit, posterior ab obstaculo versus agens. Hinc & in obliqua reflexione fit minor intensio, quia minus impeditur actionis directæ profusio: nam linea ad angulos rectos, in obstaculum ab agente procurrent, est omnium breuissima.

XXIX. In obsidione vel antiperistasi fit vera qualitatum obsessarum intensio, contra Cardan. 2. subtil. non apparens tantum, teste Arist. 3. meteo. f. 3. c. 1. & 2. & experientia: Neque tantum per species earum intentionales, vt alij volebant, cum earum sit representare, suam qualitatæ, non intendere Neque ab obidente contraria, vel ab obsessa qualitate semet intendente: sed vel 1. ab interna forma substantiali corporum obsessorum, per emanationem suas vires instaurante; praesertim si verum sit illud T. 1. q. 14. & 5. ad 2. agentia cum detrimenti quid acceptant a contrario, non nihil a resistendo intermittere, quasi canant receptui, ac seipsa interim instaurare, vt validius in pugnam redeant. vel 2. ab aliis corpusculis pariter obsessis, & intensiore qualitate praeditis, quæ

tatito validius agant in reliquias remissiores, quanto arctius obſidentur: refugiunt enim à contrario quoad licet, ac in arctiore Sphæra fortius a-  
gunt; ſic metallum candens infusum frigidæ refilit; oleum, quo tincta  
charta, quam comburis, ignem declinat; & in hyeme calor corporis  
ad intima ſe recipit; vnde & maior tunc edacitas. Sic igitur & in puteo  
contingere par est credere, cum exhalationes à terra calidæ ascen-  
dentes impingunt in frigidiores aquæ partes, nam relapsæ coactæq; magis  
cælefaciunt, & quia Sphæra angustior, & quia hostis imminentior, &  
quia nonnulla etiam accedit aliquando reflexio ab obſtaculo, quo im-  
peditur actionis earum propagatio.

XXX. Præterea paſſum ab Agente tangatur eſt opus, non immediate  
quoad ſuppoſita localiter cōtingua, niſi quā incipit a ctio; ſed quoad vir-  
tutem, vt nihil producatur diſtans ab agente, niſi continuo effectus ali-  
quis interceſſerit inter vtrumq;, puta, nihil à ſole producitur in terra,  
vel intra illam, niſi tōto ſpatio intermedio aliquid ab eo productum fit:  
quare lumen ſoli proximum, eſt immediatum ſolis corpori & ſuppoſito,  
huic autem lumini, tanquam virtuti vel effectui ſolis, (nam cauſa  
virtualiter eſſe dicitur in effectu, & effectus eſſe virtus cauſæ) immedi-  
atum eſt aliud inferius lumen, vel ſi nō lumen, tum calor aut aliud diuer-  
ſa rationis, effectum à ſole, vt intra terram contingit. Rationes à poſte-  
riori multæ ſunt, ſummiſus horroſus vacui, remiſſio actionis longius ex-  
currentis &c. à priori non eſt limitatio finita agentis, aliás male proba-  
retur Act. 17. Deum eſſe vbiq; quod vbiq; agat, cum tamen fit agens Infi-  
nitum, ſed illa, quod hoc fit de ratione dependentiæ effectus à cauſa; ne-  
que enim dependere potest physiſcè quid ab alio, niſi cui cōiunctum iſt,  
ſicuti nec lapis à fune tribus paſſibus remoto dependet; ab hac enim po-  
pulari dependentia ſumptum eſt nomen, per ſimilitudinem, dependen-  
tiæ cauſalis, quod tametsi proterius negare poſſit, conſirmat tamen om-  
nium aliarum cauſarum, formalis, materialis, finalis induc̄tio; nam &  
finis, per apprehensionem ſaltem, vniuit ſuum expetenti.

XXXI. Maximum rationi pondus addit S. Paulus *I. cit. coram sapien-  
tissimis Græcorū*, probans Deum eſſe ſubstantialiter vbiq; ex eo quod  
operetur vbiq; quæ probatio derifa fuifet ab illis, ſi vel principium pe-  
teret, quaſi diceret, Deum eſſe vbi operatur, non quia operatur ibi, ſed  
quia Deus eſt: qui ſenſus ab eius verbis abhorret. vel ſi tantum proce-  
det de agente infinito & perfectiſimo; nam aliás etiam creata cauſa  
perfe-

perfector, ſalte in aliquantulum diſtans poſſer aget; cur enim inſi-  
nitia viſ requiratur ad agendum in minima diſtantiam? & alioqui per-  
fectiū videtur in diſtans agerē poſſe: vel ſi argumentatur ex hypothetiſi  
faſfa Aristotelis; cum nec omnes illi Peripatetici forent, nec veroſimile  
fit, Apoſtolum faſſis, ad veritatem Fidei, fundamentis uſurum fuiffe.  
Debet igitur Agens omne quoad ſubſtantiam ſuam praefens eſſe, vbi in-  
cipit eius a ctio; in medio vero ſaltem quoad effectum & virtutem. At-  
qui Deus vbiq; poſteſt actionem quamlibet incipere; debet igitur vbiq;  
praefens eſſe quoad ſubſtantiam, vt, vbiq; placuerit; agere poſſit  
quidlibet; non enim poſteſt mutari quoquo modo. Neq; ſufficit eum  
ſtare apud cardines cœli, & in toto mundo habere aliquem effectum à ſe  
productum; vt proinde, intra terram producendo aurum, non agat in  
diſtans: quia per effectum inter medium debet à cauſa profluere effectus  
remotus; non poſteſt autem per quidlibet à Deo produci quodlibet, ſi-  
cut aliás oſtenſum; & vbiq; tamen locorū Deus producere poſteſt quid-  
libet; igitur vbiq; praefens ipſe debet eſſe quoad ſubſtantiam. Hæc eſt viſ  
argumenti Apoſtoli ci: qua conficitur, per nullam potentiam, dari poſ-  
ſe actionem in diſtans. vt bene Ruu. in 7. phys. c. 2. q. 2. cum Molina.

XXXII. Quamuis autem tačus fiat in extremitate agentis & paſſi, non  
tamen ab hiſ, vel in hæc tantum procedit a ctio: ſed igniti globi partes  
etiam interiores, agunt in interiora paſſi, nec opus vt aliae partes agenti-  
tis agant in aliis, ſed vna cum illis conentur assimilare paſſum. Conſtag  
hoc experientia; minus enim à lamina tenui producitur, quam à densa  
mole pariſ latitudinis; & maioriſ agentis latitudiſ patet a ctio. Profundi-  
tur autem vniuersiſ loquendo a ctio in orbem quæquauerum, tanto  
debiſiſ, quanto remotiſ, ad certum viſq; ſpatium, ac limitem, diuer-  
ſis diuersum, pro diuersa virtute agendi. Fiunt autem decrementa illa  
ſecundum notabilem diſtantiam, ſaltem notabilia; nec paribus ab agē-  
te receſſibus paria; ſed remotioribus minora, ſecundum proportionem  
geometricam; vbi excessus diuersi, ſed propoſtio eadem, vt in 12. 6. 3.  
cernimus: Aliter enim non attingeret ultimum ſphæræ ſuam a ctio: nam ſi  
linea 12. partium æqualium ſit, in quarum prima producatur effectus  
habens octo minimas particulas intentionis, in ſecunda 7. in octaua 1.  
ſecundum æqualia decrementa proportionis arithmeticæ, in reliquo  
partibus nihil producerur, nam minus minimo produci nil poſteſt. Ali-  
am huius rationem init. Aquil. 5. opt. pr. 6. ſed quæ ſupponat, in vici-  
niffima

nissima tantum sphæratotum agens cōcurrere, postea paulatim se partes eius ab agendo subducere: quod falsum putamus.

XXXIII. Porro s̄pē in remotiori spatio videtur effectus intensior, cum tantum aliunde sit sensibilior: s̄pē verē intensior est aut quia subiectum ibi paratiū; ita stupa inflammatur, non aēr intermedius: aut quia illuc adiuuat alia causa partialis; aut vis agentis ibi colligitur, aut reflectitur, &c. In lebete verō aqua suprema calidior, eā quā prop̄ fundum igni vicinum, quā frigida dēc̄dit, calefacta sursum tendit. Et illud annotandū, tamē si absolute loquendo totū agens concurrat in agēdo, non tamen id fieri, nisi quando concursu totius ad assimilandum passum est opus: Hinc. minimē totum Danubium, ad vnam calidę insperatę guttam refrigerandam concurrere, putandum est; nulla enim gutta, ad vim actionis tantę sustinendam, est ratio sive proportio: natura verō nihil facit frustra. Concurrit ergo frigidę quantum satis est; aut etiam quantum à gutta calore tentatur.

XXXIV. Agens in subiectum per omnia simile, nihil agere, certum est; finis enim actionis est assimilatio. In simile tamen quoad intensionem, posse quid agere, modò aliunde sit actiūs, nobis magis probatur cum Marſili. *de gener. q. 18.* Tol. q. 13. Dand. Aquilon. aliis. Nam actio fundatur in victoria, & excessu virtutis actiue supra passi resistentiam: potest autem simile quoad intensionem, excedere quoad molem, densitatem, qualitates adiunctas, &c. & sānē virtus omnis collecta est fortior: collecta verō, quā densior, latior, &c. & secundū Arist. *I. de long. & breu. vita. 3. & s. r. probl. 15.* maior ignis absunit minorē, ideoq; in febris intermittentibus, balneum & foimenta pēdib, admouentur, vt magis incalescant: à ferro ignito res inflammante, etiam aliqua est ratio; idemq; facturos credo ignitos lapides, aut terras, poris minutissimis, ne in angustias eorum confugiehs, igne concluso te defendas. In lumine, res est euidentior, quām vt negari possit, intensius fieri à duabus lucernis equalib; ergo & in vnam compactis: neq; dici potest vna sola agere minus, quām possit; animari postmodum à sociis; quid enim illi obstat, quin ageret ex necessitate natura? duo verō lumina produci à duabus, est omnino gratuitum; nihil enim ex vmbrib; duabus probari Tol. ostendit in *e. de an. q. 18. fund. 3.* nā hinc impeditur ab opaco vnius luceris concursus, vt altera sola agente fiat minus lumen, id est, vmbra; illinc alterius, & sit vmbra secunda. Quod igitur in lumine claro vides,

in acti-

inactiūs qualitatibus quāstangis, cur neges? Deniq; non aliter extensiō differt ab Intensione qualitatis, nisi quod h̄c in eadem parte subiecti sit, il a in diuersis; vnde vis agentis nihil in vna, quām in altera; nisi quantum extensiō, à dispersione qualitatis in partes, extra se positas, infirmatur.

XXXV. Recte philosophus h. t. 46. 49. & 50. Non quodcumq; natum est pati & facere, sed illa tantum, quecumq; aut contraria sunt, aut contrarietates habent; ideo necesse est & patiens & faciens genere quidem simile esse & idem. Specie autem dissimile & contraria. & quam similitudinem generis, aut speciei dissimilitudinem velit, exponit in t. 51. Contraria in eodem genere sunt omnia faciunt autem & patiuntur contraria ab iniucim; quapropter necesse est, aliquo quidem modo eadem esse patiens & faciens, nimirum vt habeant qualitates contrarias; & eiusdem generis; aliquo autem modo altera & dissimilia ab iniucim; sive quoad intensionem, sive quoad multitudinem qualitatis: vult enim agens passo dare à quā multum de sua qualitate, ac ipsum habet; habet autem formaliter plus; agens magnum, vel densum; parvū aut raro à quā incenso; plus enim etiam in denso substantia; quām in raro, tamē si mītis molis: producit autem qualitas ē substantia, non ē quantitate, à qua non in essēdō per se qualitas dependet, sed in extensē existendo, ut alies indicantur.

XXXVI. Illud addēdūti, non tam ignauas esse qualitates primas, vt se non tucantur impugnare; cum sint omnes à natura pugnaces, & quoduis sui capax vlt̄o lacestant. Arbitrantur tamen aliqui fugaciores illas esse, quā pugnaciores: magisq; resistere illas, quā minus agunt: hoc nobis chm. Tol. q. 13. & aliis non placet. Nulla enim huius apud Arist. est mēntio, gātiones non vere i grates autē p̄frobis ac solide. Nam si aliud est his qualitatibus resistere, quām agere, quis gradus resistit? illēne qui pellit? atqui dum ipse adeſt, nondum adeſt contrarius, cui resistat & quem non admittat; nondum igitur aſcio: cum autem abscedit, iam uon resistit, sed admittit contrarium. An iij., qui remanent cum hoste introducto? sed hoc non est resistere formaliter, si forma admittat secum formam contrariam.

XXXVII. Quod autem faciliter ex aqua pellatur calor, quām humiditas, oritur ex eo, quod calor in subiecto raro sit ac alieno, siccitas verō minus agat in humiditatem, quām frigus in calorem, prodente illum hostibus, forma substantiali aquae. Similiter calor cum siccō i-

gneō

gneo est actiūor; quippe in subiecto naturali, est intensior, quam cum humido: si tamen in isto foret & quæ intensus, atq; in sicco terreo, vide-retur actiūor, quia per fluorem humidi se penetrando in intima passi, melius applicari posset. Eadem ratione frigus actiūus est in humido, quam sicco terreo; ex isto tamen videtur ægrius depelli, non quod magis resistat, minus agendo; sed quod ad subiectum constipatius, minus applicetur calor. Minus tamen terra frig. facit, quam aqua, quia minus penetrat, ac ad agendum, frigus applicat.

XXXVIII. Itaq; agens à passo repatur, secundum illam sui partem, secundum quam est intra sphæram eius, tametsi debilioris: licet enim passum frigidum caloris habeat minus, tanto plus tamen habet frigoris; quod, vt agens necessarium, otiani non potest, applicato subiecto capaci; quale est agens, à quo deniq; vincitur; neque à reactione absitit, quamdiu supereft, ac erga hōstem suum proportionem habet maioris inæqualitatis, vt in 2. de motu an. c. 2. ad has actiones requiritur; præser-tim si valde notabilis fuerit inæqualitas. Zab. c. 6. d. reuect. Nec idem si simul duas qualitates intensas acquiret, aut secundum eandem intendi simili, remittiq; dicetur: nam aér inter actionem & reactionem positus vel tantundem acquirit ab uno, quantum perdit caloris ab altero pu-gnantium: & sic non erit absolute loquendo magis manūsue calidus: aut plus ab uno, quam ab altero; & nulla difficultas restabit. Nec erit amplius, cur senex Ioannes, vel vt alij, Richardus Suisset, cognomen-to Calculator, fleat quod subtilitatem à se scriptorum in iuuentute, nō amplius intelligat, vt de ipso Card. 16. subtil. refert; nisi propterea fleat, quod ob argumenta, in quibus non satis amplius virium reperit, factus iam intelligentior, aduersus Arist. 3. phys. t. 8. & 16. & 1. de gener. t. 53. & t. 2. c. 4. & 7; & 4. de gener. ar. 3. Reactionem negauerit.

### *Ad maiorem DEI gloriam.*

Has Philosophicas theses, quia Fidei & bonis moribus phil contrarium con-tinent, luce atque discussione publicâ dignas iudico.

Leo Menzelius S. Theolog. D. Profess. &  
Facultatu hoc tempore Decanus, &

Hæ de Alteratione theses, quia utili doctrinâ difficiles & obscuras qualitatum actiones explicant, iure suo publicum & lucem postulare videntur.

Gasper Hell Soc. IESV Philosoph. Pro-  
fess. & pro tempore Decanu.

